

Memoriale des Michael von Natz für Peter von Erkelenz. (Leonhard von Natz) solle Peter von Erkelenz erklären, dass er, Michael, über das Verhalten des NvK bestürzt sei. NvK habe seine Diözese verlassen, ohne Stellvertreter zu bestellen und zeige sich ohne Grund ungnädig gegenüber dem Kapitel. Die Nachricht, die NvK über Leonhard von Weineck dem Herzog zukommen ließ, sei ein Fehler gewesen, da man nun annehmen müsse, NvK werde seine Versprechen nicht halten. Auch der Brief des Abtes (Giovanni Andrea Bussi) an den Bischof von Trient sei im Land sehr kritisch aufgenommen worden. Der Herzog sei überdies zornig, weil NvK nicht zum vereinbarten Termin für die Belehnung erschienen war. NvK solle sich nun möglichst bei den herzoglichen Gesandten entschuldigen.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 206f.¹⁾

Item, primo dicatis sibi obsequia mea et ut recommendet me domino nostro reverendissimo.

Item dicatis, quod tamquam zelator domini et ecclesie sue conturbor plurimum de aliquibus gestis, postquam ipse d. Petrus recessit ab illa diocesi: Primo, quia dominus dereliquit ecclesiam suam sine locumtenencia in spiritualibus et temporalibus, que nequaquam congruunt pontifici, ymmo exinde furor extinctus in principe et populo renovetur. Et valde ponderatur apud consiliarios principis, quod dominus , se ingratum ostendit erga capitulum. Cum tamen, ut ipsi testantur et sciunt, nisi fuisset sincerus labor capituli et respectus ad ipsum, nequaquam illa negotia fuissent se ita data, nisi cum longe maiori incommodo domini et in irreparabili destructione ecclesie. Non advertat itaque dominus illos suggestentes sibi contrarium de capitulo, quia carent veritate, et tales susurraciones hactenus seduxerunt eum et fecerunt eum habere diffidenciam, ubi potuit habere confidenciam et econtrario. 10

Item incaute fecit dominus scribendo illam instructionem, quam misit d. duci per Wynecker.²⁾ Nam ex ea quid aliud cogitatur, nisi quod promissa non velit adimplere, sed pocius impedire absolucionem? Faciat igitur dominus pro honore suo taliter, quod non notetur venire contra promissa et illa, que in cedula ponuntur³⁾, permittat facere superiorem suum; et tamen in omnibus faciat circa papam diligenciam talem, ut per rigorem et mansuetudinem reparate ecclesia, ne dicatur in perpetuum: Illa ecclesia de- 15 structa est per quandam cardinalem, qui fuit ibi episcopus, qui ex singularitate sensum suorum non sequendo consilia capitulo et aliorum fidelium suorum dedit occasionem destructioni, prout nunc palam dicitur.

Item valde displicet, quod d. abbas commensalis domini nostri scripsit quasdam litteras domino Tridentino⁴⁾, in quibus pungitur d. Tridentinus et quidam alii, qui mirum in modum exinde scandalizan- 20 tur, et odia ex inde nascuntur; et ubi habuit amicos, incipit perdere, et tota curia principis et in Atesi circumcirca nunc disputatur de illis litteris in detestacionem domini nostri cardinalis, quia a nullo dubitatur, quin ista de sciencia et dispositione domini nostri emanaverint. 20

Item in eo, quod dominus in infeudacione non comparuit Brixine in termino statuto⁵⁾, valde sibi reputatum fuit, licet quod dominus prepositus et ego⁶⁾ excusavimus nos audivisse a domino, quod 25 haberet hoc de voluntate d. ducis, quod post absolucionem vellet investiri de feudis. Sed d. princeps et sui dicunt contrarium et se non ita respondisse, sed pocius voluisse sibi deliberacionem suam Brixinam intimare. Et si Brixine comparuisset, intellexi de certo, quod post infeudacionem rehauisset regimen castrorum et civitatum.⁷⁾

Avisetis ergo dominum, quod de predictis se excuset circa ambasiatam⁸⁾ d. ducis meliori modo, quo 30 fieri poterit.

7 ita: *i.i.d.Z.*

¹⁾ Über dem Text: Memoriale ad Petrum Erklenz ex parte M. de Natz. Unter dem Text: Recepit Senis ii junii 1460.

²⁾ S.o. Nr. 6203.

³⁾ S.o. Nr. 6194.

⁴⁾ S.o. Nr. 6210.

⁵⁾ Der Termin zum Empfang der Hochstiftsleben war für den 7. Mai 1460 festgesetzt worden; s.o. Nr. 6166.

⁶⁾ Dompropst Jakob Lotter und Michael von Natz;

⁷⁾ Die Verwaltung der Burgen und Städte des Hochstifts Brixen war dem Domkapitel übertragen worden; s.o. Nr. 6175, 6179.

⁸⁾ Zur herzoglichen Gesandtschaft s. Nr. 6214.